4

Nr 5547/68

PETRUS GOŁĘBIOWSKI

DEI MISERATIONE ET S. SEDIS APOSTOLICAE GRATIA

EPISCOPUS ADMINISTRATOR APOSTOLICUS

DIOECESIS SANDOMIRIENSIS

R. D. Parocho paroeciae in B ł o t n i c a

– – Nobis in Christo dilecto, salutem in Domino.

Bonum spirituale fidelium paroeciae Błotnica prae oculis habentes, concedimus Tibi—Vicario Tuo, vel sacerdoti a Te delegato — facultatem iterandi Sacrum omnibus diebus dominicis et festivis de praecepto, necnon speciali potestate a S. Sede Apostolica muniti, permittimus id etiam festis recenter suppressis, dummodo alius sacerdos liber haberi nequeat et notabilis pars fidelium (id est saltem viginti personae) Missae adstare non possit, super quo conscientiam Tuam oneramus et sub expressis conditionibus: ut stipendium pro altera Missa ad usum asyli pro sacerdotibus emeritis accipere liceat et ut accurate regulae liturgicae serventur.

Facultas haec valebit ad decursum anni 1971.

et ad effectum q u a t u o r Missarum in territorio paroeciae praefatis diebus celebrandum.

In quorum fidem etc.

Datum Sandomiriae, die 20 mensis Decembris anni 1968.

ADMINISTRATOR APOSTOLICUS DIOECESIS SANDOMIRIENSIS

+ W. Wójcik V. G.

pro Cancellarius

G. Lewiński

DZG San. 9 A-1-7 500 A-5

Nr.4756/71 Supra exaratae facultates ad decursum 1974 anni prorogantur.

Sandomiriae, die 26 Novembris 1971 anni

+ Petrus Gołębiowski, ep. adm. ap.